



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. IV. Sacrificium Christianum, eiusque ratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

bus velle dominari, cuius clementia Deus voluit tua pie deuotionis colla submittere: ne dum mensura celestis dispositionis excedatur, eatur in contumeliam disponentis.

Ratio exponitur à Clemente I. de officio sacerdotum. Ep. 3.

et si a-
cris a de-
faceri doti.

Vestrum enim, quia legatione Domini fungimini, est docere populos eorum vero, est vobis obedire vti Deo. Si autem vobis Episcopis non obediunt omnes presbyteri, diaconi, ac subdiaconi, & reliqui clerici, omnesque principes, tam maioris ordinis, quam inferioris, atque reliqui populi, tribus & lingua non obtemperauerint, non solum infames, sed & extorres à regno Dei & consortio fidelium, ac à liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ alieni erunt. Nā vestrum est, eos instruere: eorum est, vobis obedire vti Deo, cuius legatione fungimini, dicente Domino. (Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Et qui vos recipit, me recipit, & qui me recipit, recipit eum, qui me misit.) Nihil enim iniustus vel inhonestus est, quam filios patribus rebelles, aut clericos vel laicos doctoribus seu discipulis magistris inobedientes vel proteruos existere.

Sacerdos
regum de-
licta puniit.

§. 13. Hinc multorum sacerdotum ad summos principes libertinæ leguntur increpationes. Gelasius Epist. 13. ad Anastasium imperatorem. Talibus (distin- 96. c. 10.) igitur insitit, talibusque fulti auctoritatibus plerique Pontificum, alii Reges, alii Imperatores excommunicauerunt. Nam si speciale aliquod de personis principum requiratur exemplum, beatus Innocentius Papa Arcadium Imperatorem (quia consensit, vt S. Ioannes Chrysostomus à sua sede pelleretur excommunicauit. Beatus Ambrosius, licet sanctus, non tamen vniuersalis Ecclesiæ Episcopus pro culpa, quæ aliis sacerdotibus non adeo grauis videbatur, Theodosium magnum Imperatorem excommunicans ab Ecclesiâ exclusit: qui etiam in suis scriptis ostendit, quod aurum non tam pretiosius sit plumbi, quam regia potestate sit altior dignitas sacerdotalis, hoc modo circa principum sui Pastoralis scribens: Honor, fratres, & sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si regum fulgore compares, & principum diademati, longe erit inferius quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares, quippe cum videas regum colla & principum submitti genibus sacerdotum, & osculata eorum dextera, orationibus eorum credant se communiuri.

Sacerdos
regem ex-
communi-
care potest.

§. 14. Reges ab Episcopis excommunicari possunt. Videatur distinct. 96. ca. 10. Duo sunt. Cum enim ita mereri possint principum delicta, sintque illi subditi sacerdotibus, consequitur esse in illis puniendi potestatem. Pœna autem spiritualis primatia est excommunicatio. Fuit ea etiam potestas apud Iudæos, primum in impios, deinde in fideles exercita. Nam absque Synagogis illos faciebant, qui erant impii, vel quos pro talibus habebant. Viguit ea apud Ellenos censura omnium grauissima; nam vt Iosephus libr. 2. belli. cap. 7. refert: Deprehensos vero in peccatis à sua congregatione depellunt, & qui taliter fuerit condemnatus, miserabiliter plerumque morte consumitur. Illis quidem sacramentis & ritibus obligatus, neque capere ab aliis oblatum cibum potest; herbas vero pecudum more decerpens, & fame excus per membra corrumpitur. Ob quod etiam plurimos plerumque miserati, extremum spiritum agentes receperunt; sufficientem pro peccatis eorum, quæ vsque ad mortem audaxerit, penam luisse censentes.

Ethnicorum
excommu-
nicatio.

Eodem plane modo apud Gentiles excommunicati errabant, sic Thyestes, alique, quorum se confortio contaminari arbitrabantur. Tales illi qui Diti sacri poterant à quolibet impune occidi, vt Dionys. libr. 2. Et Cæsar de bell. Gall. 6. Apud Gallos eos qui Druidis non paruissent sceleratorum loco fuisse, eorum aditum sermonemque omnes fugisse, nec iis ius redditum, nec honorem vllum habitum.

Sacerdos &
rex Chri-
stus.

§. 15. Sacerdotium Christianum regale est. 1. Pet. 2. Christus enim rex & sacerdos fuit; Pilato enim respondit: Tu dicis, quia rex sum ego. Et vere Nathanael Ioan. 1. Tu es filius Dei, tu es rex Israel. Totus etiam populus non ignorans Messia dignitatem venientem ac-

clamauit, Ioan. 12. Hofanna, benedictus qui venit in nomine Domini Rex Israel. Nam Propheta prædixerat, venturum, regem filia Sion mansuetum. Cum igitur sacerdotum transiit, etiam regnum addidit.

Non abstulit dominatum politicum Christus, sed tamen voluit esse spiritali potestati subiectus; quæ quæ de ratione hæc plura quam regia dici potest. Vercignatius Ep. 10. Si enim iure censetur pœna dignus, qui aduersus Regem insurgit, vt qui violet bonas legum constitutiones: quanto putatis grauiori subiacet supplicio, qui sine Episcopo quid volet agere, concordiam rumpens & decentem ordinem confundens? Sacerdotium enim est omnium bonorum, quæ sunt in hominibus, apex.

Verum vt ista interdum politicorum moueant indignationem, res tamen ipsa, naturali, diuina, Ecclesiastica, ciuili lege clara manet. Dignitas enim sacerdotum sine religionis concussu, loco moueri non potest.

§. 16. Ius vero sacrum in Ecclesiâ tum multi alii, tum vero egregie defendit, Gregor. Tolofanus libr. 15. de repub. cap. 1. cuius hæc sunt. §. 11. a Zacharias summus Pontifex Ecclesiæ Dei regnum Gallicum à Ludouico in principum transiit. b Et Stephanus 11. summus pontifex imperium à Græcis in Germanos, & Carolum magnum Pipini filium. c Confirmauit & Germanis maiori privilegio eligendi potestatem Gregorius V. summus pontifex Saxo, circa annum 995. d (Et tubet Diuus Ignatius, presbyteri, inquit, atque omnis clerus, simul cum omni populo, cum militibus & principibus, sed & Cæsares obediant Episcopo, Episcopus Christo.) e Diuus Ambrosium in Theodosium 1. Cæsarem hanc potestatem exercuisse nemo ambigit, qui Imperatori sacris interdixit, & e cancellis Ecclesiæ remouit, donec penitus de crimine, quod in Thessalia ob seditionem motam, occisumque tribunalum vnum septem millia militum occidisset. f Idipsum & probauit Innocent. 1. in Archadium Cæsarem. g Resistit & Liberius summus pontifex conuenticulis à Cæsare indictis contra Athanas. h Tertullianus Pontificem Max. vocat regem seculi. i Duo gladii Petro fuerunt, iurisdictionis vtriusque symbolum referentes, quos sufficere dixit Deus Dominus Iesus Christus: tamen exercitum ei materialis & corporalis prohibuit, & in vaginam retineri ab eo iussit. k Nec voluit Ecclesiæ suam mortem temporalem inferre I. pasim. Quamuis in lege antiqua sacerdotes eo vterentur, qui adumbrabat Ecclesiâ nostram: quemadmodum vsus eo Samuel in Agagere: m Elias in Prophetas Baal, n & in quinquagenarios Ochofia: o Eliseus in pueros irrisores: p Ioiadas in Athanasiam: q Eliachim in Holofernem: r & ipse D. Petrus in Ananiam & Saphiram. l

Itaque ius suum manet Ecclesiæ, & quod à Deo accepit, & quod regum voluntate, & fœdere tenuit quodque diuturna possessione ratum & certum fecit.

CAPVT IV.

Sacrificium Christianum, eiusque ratio.

§. 1. Officia Ecclesiasticorum vel ad Deum, vel proximum, vel ipsos referuntur. Primum ac sanctissimum est officium; Deo sacrificare, orare, psallere Domino, diuinæ lectioni vacare. Alterum docere, monere, iudicare, vel de Ecclesiasticis, vel secularibus. Tertium in his omnibus vitæ integritatem Deo, sibi, proximo præstare. De his ordine itaque agendum est. Primum de sacrificio.

§. 2. Diuinæ maiestati omni semper tempore sacrificium oblatum est. De Christianis etiam temporibus Propheta dixerunt sacrificium esse in omni loco offerendum, & quidem oblationem mundam. Malach. 1. 10. 11. Quod Iustinus in Dialog. cum Tryphon. Irenæus libr. 4. cap. 31. Cyprianus libr. 1. contra Iudæos, Hieronymus, Augustinus ceterique de vero Eucharisti-

co sacrificio exponunt. Ipse Apostolorum discipulus Dionysius Arcopagita. Θεοτάτης, & ἱερῶν Τελετῶν appellat, diuinissimum, & sanctum sacrificium.

Eadem mente B. Andreas vocat, ἄρτον Θεοσωμον. κύριον, inquit, ὃν πάσι, & ποιήσας Θεὸς πάσα ἐκείνους ἦν ὃν θνητῶν ἐμύλλες, αὐτὸς ὢν, σε αὐτὸν παρὲς θνητὰς φάσεις βοῶν, & ἐστὶ τὸ ὡμάς, & πῆς θεμελιώσας. & ὁ Ἰωηθῆς παρ' αὐτῶν ἐνεχθήσας ὑπερσείας, ἐπὶ δολογίας τὸ θεῶν ἄρεσιν καὶ κανόν καθαρίσας πόλεμον & δεισιδαιμονίας αἵματι, μετέδωκεν αὐτῶν ἀρχόντων, & ἀδελφῶν & χριστὸς μυστήριον.

Dominus existens omnium & opifex Deus, pascha illis, qui te morti deciderant, te ipsum proposuisti, clamans comedite, hoc est corpus meum, & sibi fundamini, ait Andreas. Consuetudo vero ab ipsis ministerio, cum benedixisset panem in Dei corpus mutatum, & nonum sanctificans calicem Domini sanguinis, particeps eos effecti impollutorum & immortalium Christi mysteriorum.

§. 3. Magno studio agendum est, ut sacrificiū Deo rite, debitoque cultu exhibeatur.

Si enim diuina maiestas in ministris, qui taurorum & ouium victimas macabant, animi puritatem, corporumque integritatem requirebat, qua innocentia, & sanctimonia opus est illis, qui sanctum sanctorum, Dei filium, splendorem æternum, Virginis natum Deo offerunt. Sane sanguis filii Dei, puriores, quam sanguis animalium, manus postulat. Vere Ioannes Chrysostomus in Ioannem.

Τὸ ἐνοχλῶν & ὡμάς, & αἷμα, & ὁ Ἰησοῦς καὶ ἄλλοι παρὲς αὐτῶν οἱ Ἰουδαῖοι, παρῶνσαν ὅτι εἰς αὐτὸν ἱσταί, ἔγω αἱματίζω αὐτὸν οὗτο παναγίον αἷμα χέρι ἀκαθάρτου ἐλεχόμενοι, ὡς ἱερεῖς καὶ ἱερεῖς, αὐτὸν ἔτι οἱ ἐκείνους παρὲς θεοφίλους εἶπα. & ὁ Ἰησοῦς εἰπὼν πολλὰς & ὡμάς, & αἷμα, & ὁ κύριος Ἰησοῦς, ὃς ὁ ἀνθρώπου ψυχὸς οὐκ ἀνέχεσθαι, ἀλλὰ αὐτὸς ὁ κύριος ὁ ποιητὴς πάντων, ὡς δὴ ἐν τῷ τῶν ἐκείνων φόβῳ αὐτὸς & αἷμα, & ὁ κύριος, ὡς αὐτὸς ὁ ἐκείνους αὐτὸν οἰδὲ ἐφόνευσεν αὐτὸς & τὴν ἀναζήτησιν φωνῇ ἐν ὁκνῇ.

Verba, reus erit corporis & sanguinis, hoc significant, quæ admodum Iudas eum tradidit, Iudæi illuserunt ei, sic eos qui manibus impuris sanctissimum eius corpus accipiant in eum iniuriosos esse, quales fuere Iudæi, cum eum tenerent, tales sunt qui ori polluto admouent. Quod autem sæpe repetit voces corporis & sanguinis Domini, ostendit quod non est simplex homo qui sacrificatur, sed ipse Dominus vnuerſi huius opifex, per hoc nos terrenis reus erit Corporis Domini, ut qui sanguinem effudit. Iudæi enim occiderunt, iste autem indigne manducans occidere videtur.

§. 4. Filios Heli cum parente occidit, castra Israel, & arcam Deus vno die tradidit in manus hostium, quia calce abiecerunt victimam Domini, 1. Reg. 2. 29. & c. Quare, inquit, calce abiicisti victimam meam, & munera mea quæ praecepi vt offerrentur in templo? Hebraice לְבַר בִּזְיוֹן, cur calci trasti in victimam meam! magnus enim contemptus est pedibus conculcare, maior postica pedum parte pulsare, septuaginta sensum reddiderunt, & ἡ αὐτὴ ἐπὶ ἐκείνους ἐστὶ τὸ διυικμάς, & ὁ πῶ τῶ δουράν μὴ αὐτὸς ἐφ' ὁ δαλμάς. Vt quid contemptum aspexisti incensum meum, & victimam meam inuerecundo oculo? Quanto igitur grauius illi peccant, qui summum & diuinissimū mysterium oculo inuerecundo aspiciunt? Hanc impudentiam ego arbitror tot sacerdotum exilia, & mortes, templorum vastationes, altarium demolitiones effecisse, dum in loco reconciliationis, in sacrario sanctimonie, filius Dei iterum ab impiis sacerdotibus crucifigitur, & ostentui habetur sanguis testamenti; Vna arca capta est, duo sacerdotes ceci-

derunt, & Heli lapsus ceruicem fregit, quia contempta fuere sacrificia typica, vmbra verorum, quia taurorum & vitulorum sanguis non ritu oblati sunt. Tot templa Christianis orbis incensa, in officinas profanas commutata, in Turcarum Moschea, & harecon Gymnasia conuersa luger, & de cæteris timet, quia mala vita sacerdotum iam ante illa dehonestauit. Harecon multiplicium errores, furoresque ita culpemus, vt tamen sciamus de vitio sacerdotum eos enatos. Populum Dei impia vita sacrificantis à Dei templo repellit, hodieque repellit. Et tamen cum malis sacerdotibus punitur populus, & criminum dissimulatio patens, qui filios male institutos Ecclesiæ obtrulit.

§. 5. Quamobrem summus Pontifex, Metropolitani, Archiepiscopi, Episcopi, Præpositi, Decani, Vicarii, Officiales, cæteri, mortali se crimine obstringunt, cum sunt hoc in genere indiligentes; Nā Deum illi contumelia affici sinunt, populū à templo auertunt, inimicis maledicendi, insultandi; occasionem præbent. Quid enim minus conueniebat, quam eos sanguinem agni offerre, eoque pasci, quorum oculi adulterii pleni sunt, & inextinguibilis delicti? Cur hominum impiorum ventres, sceleraque de patrimonio Christi impinguari sinunt? Cur non obstant quo minus illi quotidie iudicium sibi manducant, & bibant? Olim si quis indignus mensam Domini accederet, morbo, & morte crebro puniebatur. Ideo, inquit Apostolus, inter vos infirmi imbecilles, & dormiunt multi. 1. Corint. 11. Quia contumeliam suo corpori factam celeri poena Deus prosequitur. Testatur id suo tempore vsitatum fuisse S. Cyprianus, de lapsis. Mortiferos adhuc idolorum cibos pene ructantes, exhalantibus etiam nunc scelus suum sanguibus, & contagia funesta redolentibus, Domini corpus inuadunt, quando, occurrat scriptura diuina & clamer & dicat: Omnis mundus manducabit carnem, & anima quæcumque manducauerit ex carne sacrificii salutaris, quod est Domini, & immunditia ipsius super ipsum est; peribit anima illa de populo suo. Apostolus item testatur & dicit: Non potestis calicem Domini bibere & calicem demoniorum: non potestis mensam Domini communicare, & mensam demoniorum. Idem contumaciis & pernicacibus comminatur & denunciat dicens: Quicumque ederit panem, aut biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini. Spretis his omnibus atque contemptis, vis inferitur corpori eius & sanguini: & plus modo in Dominum manibus, atque ore delinquant, quā cum Dominum negauerunt. Ante expiata delicta, atque exomologesi factam criminis, antepurgatam conscientiam sacrificio & manu sacerdotis, ante offensam placatam indignantis Domini & minantis: pacem putant esse, quam quidam verbis fallacibus venditant. Non est pax illa, sed bellum: nec Ecclesiæ iungitur, qui ab Euangelio separatur.

Si hæc de Christianis omnibus dicuntur, cur non potius de sacerdotibus qui & conficiunt corpus Domini, & sumunt, & aliis erogant? Inquinatis manibus, ore polluto, corpus Domini inuadunt, aliis qui eos detestatur cum offensione tradunt, qui indignis dare non debent, ipsi indignissime illud tractant.

Iam olim hoc monuit S. Cyprianus: Ecce eorum qui negauerunt quæ supplicia conspiciunt quos eorum tristes exitus stemus? Nec hic esse sine poena possunt, quamvis necdum dies venerit poenæ. Plectuntur interim quidam, quo cæteri corrigantur. Exempla sunt omnium, tormenta paucorum. Vnus ex his qui sponte Capitolium negaturus ascendit, postquam Christum negauit, obmutuit. Pana inde cepit, unde cepit & crimen, vt nec rogare iam posset qui verba ad precandam misericordiam non haberet. Alia in balneis constituta (hoc enim crimini eius & malis deerat, vt & ad balneas statim pergeret, quæ lauacri vitalis gratiam perdiderat) illic ab immundo spiritu immunda correpta cecidit, laumuit dentibus linguam, quæ fuerat vel pasta impie vel locuta. Postquam sceleratus cibus sumptus est, in perniciem suam rabies oris armata est. Ipsa sui carnifex extitit, nec diu superesse, postmodum potuit; doloribus ventris &

Si in tauro rum sanguine tam gra uiter puni tur erratū, quid fiet in Christi corpore?

Omnium interest, vt sancte sacrificetur.

Eucharistia contumelia repetitis mortibus vindicata.

Supplicia indigne communicantium.

Infantes
quoq; mo-
uet domini-
ci corporis
irreuerētia.

viscerē cruciata defecit. Præsentē ac testē me ipsō, accipere quid
euenierit. Parentes forte fugientes dum crepidā minus sibi con-
sultū sub nutritic alimento paruulū filiū reliquerunt, res-
teliā matris derelictū ad magnifratūs. Illi cū apud idolum quo
populus consuebat, quod carnem necdum posset edere per ata-
tem panem mero mixtum, quod tamen & ipsum de immola-
tione pereuntium supererat, tradiderunt. Recepit filiū post-
modum mater. Sed facinus puella commissū tam loqui & in-
dicare non potuit, quam nec intelligere prius potuit, nec arcerē.
Ignoratio igitur obrepit enim, ut sacrificantibus nobis eam
secum mater inferret. Sed enim puella mixta cum sanctis pre-
cis nostris & orationis impatiens, nunc ploratu concuti, nunc
mentis estu caput fluctu abunde iactari, & velut tortore cogen-
te, quibus poterat indicis conscientiam facti in simplicibus adhuc
annis rudis anima ferebatur. Vbi vero sollemnibus adimple-
tis calicem diuinis offerre præsentibus cepit: & accipientibus
cæteris locus eius aduenit; faciem suam paruula instinctu diui-
na maiestatis auertere; & labiis obturantis premere, calicē
recusare. Perstitit tamen diuinitus & reluctanti licet, de sacra-
mento calicis insudat. Tūc sequitur singul⁹ & vomitus. In cor-
pore atq; ore violato Eucharistia permanere non potuit. Sanctifica-
t⁹ in Domini sanguine potus de pollutis viscerib⁹ erupit; tāta
potestas Domini, tāta maiestas. Secreta tenebrat⁹ sub eius lu-
ce detecta sunt. sacerdotem Dei nec oculis crimina fefellerunt.

*Si occulti
criminis rei
Deum sen-
tiunt ylti-
orem, quid
publice sce-
leratis fiet?*

de detecta iunt, facerentem Deum occulta crimine, iuxta
hoc circa infansem, quae ad loquendum alicuius circa se crimē
necdum habuit atatem. At vero ea, quae atate procreta, & in
annu adulterioribus constituta sacrificiis nobis latēter ob-
repsit, non cibum, sed gladium sibi iunens & velut quadam ve-
nena letalia inter fauces & pectus anguem admitteret angē &
anima exaspuante concludi postmodum cepit. Et pressuram nō-
iam persequens, sed delicti sui passus, palpitans & tremens cō-
cidi. Inpunitum diu non fuit, nec occultum dissimulata consi-
derit: crimen, quae se fecerat ad hominem, Deum sensit ultorem. Et
cū quadam arcam suā in qua Domini sanctū fuit, manibus in-
dignis tēstasset aperire; igne inde insurgente desertit est, ne au-
deret attingere. Et altius quā & ipse macularis, sacrificio si-
cerdote celebrato, partem cū ceteris ausus est latenter accipere;
sanctū Domini edere & contrectare non potuit, cinere ferre je-
peris manibus inuenit. Documentum vniū offēsum est, Do-
minum recedere, cum negatur; nec immerentibus ad salutem
prodesse quod sumitur, quando gratia salutaris in cinerem, san-

Immundus
spiritus in-
digne com-
municantes
punit.

Unius pœ-
na metus
ad omnes
pertinet.

citate fulgentem nectitur. Quam multi quod se poenitentiam
 non agentes, nec delicti sui conscientiam confitentes, immundis
 spiritibus adimplentur, quam multosq; ad insaniam mentis
 excordes, dementia furore quatuntur? Nec necesse est ire pe-
 catus inglorum, cum per orbis multiformes ruinas tam deli-
 corum pena sit varia, quam delinquentium multitudo nume-
 rosa. Vnusquisq; consideret, nō quid alius passus sit, sed quid pati
 & ipse mereatur. Nec euasisse se credat, si cum interim penam
 deseruit, cum timere plus debeat, quem sibi Dei iudicis censura
 seruauit.

§.6. Ita Christus Dominus terrore paucorū, quos
tutis oppresserat, quorum sanguinem Pilatus sacrifi-
ciis miscuerat, omniū peccantiū pœnas demonstrat;
Nisi pœnitentiam egeritis omnes similiter peribitis.

Nec hoc modo Cypriani temporibus, sed antiquis-
simis etiam factum esse testatur in Hierarchia S. Diony-
sius, multos scilicet ob sumptu indigne Eucharistia
à demonibus vexatos. Et post Cyprianū Chrysost. in
1. Tim. hom. 3. Plurima huiusmodi nunc quoque contingunt.
Quia enim sacerdotes ignorant eos qui peccatis obnoxii indigne
mysteria veneranda percipiunt, Deus sepius facit, eos demg, ja-
tana tradit. Quoties demg, morbi, quousque detrimunt, quous-
luctus calamitatesq; contingunt, huius rei gratia sunt: id Pa-
ulus quoq; signanter expreſſit: Ideo inter vos, inquit, multi in-
firmi, &c. Nunc quidem etiam frequenter improbi sa-
cerdotes morbis, morte, aliis modis puniuntur; sed
sepius spoliante temporum, omniumque, redi-
tuum amissione, vt paupertate emendentur; multi in
hæreses lapsi sunt, quia conscientiam abnegauerunt.
Nec non durum expectandum est finis.

Canonibus
neglectis

§.7. Laudandi non modo sunt canones, sed in v-

sum, vigoremque reuocandi, qui sacerdotes impios, & concubinariorum arcant altaribus. Si enim co decerniatur, ut vitii leges superentur, seditione, bello, fame, peste consumuntur.

Canones vero sunt varii, quorum aliquos apponam, vt habeant prælati normam ad quam clerum suum reformat, nisi enim illi faciant, vel hæreticus, vel Turcus faciet, aut aliquis Turco tætrior barbarus.

Canon Apostolorum 24. Ἐπίσκοπος, ἡ πρεσβύτερος, ἡ διάκονος, ἐπὶ πορεύει, ἡ ἐπιτελεί, ἡ καὶ ἄλλης καθαίρεισθαι, καὶ μὴ ἀφορίζεσθαι. λέγει γὰρ ἡ γραφή, ἐκ ἐκκλησίας δις ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἑμβίβησι καὶ ἐπὶ λοιποὶ κληρικοὶ τῇ αὐτῇ αἰρεσει ὑποκαθίστανται.

Episcopus aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio aut furto captus est, deponatur: non tamen communione priuatur. Dicit enim scriptura: Non vindicabit Dominus bis in idipsum.

Quamquam autem sola depofitio illo canone iubetur, ob rationem tamen delicti, vel circumftantias, vel certe emendationis neglectum excommunicatio ſæpe additur, vt offendit doctiffimus Seuerinus Binius notis ſuis accuratiſſimis in Concilia.

Alii sunt canones, qui vxoris vsum negant Clericis, quanto magis illi fornicationem detestantur? Ita dist. 32. cap. 1. 2. 3. 4. 7. 8. 10. 11. 18. & dist. 81. cap. 3. & seq.

Seuerius autem multo inhihent non modo for-
tationem, sed etiam cum fœminis cohabitationem
Nicenum Conc. Can. 3. distinct. 32. cap. 16. Interdixi
per omnia sancta Synodus non Episcopo, non presbytero, non
diacono, vel alicui omnino qui in clero est, licere subintrodu-
ciam habere mulierem, nisi forte aut matrem, aut sororem
aut amitam, aut etiam eas idoneas personas, quæ fugiant su-
sticiones.

Quo etiam refero distinct. 33. cap. 2. Vbi bigam
negantur ordines, quanto magis adulteris, si in ip
ordinibus moecheantur: & dist. 34. c. 7. Quo etiam ill
qui ante Episcopum dictus est habuisse concubinam
iubetur officio decedere, si vera fama fuerit; ita Greg
Andreas Tarentino.

Habuisse te concubinam manifesta veritate conperimus de qua etiam contraria est quibusdam nata suspicio. Sed quia in rebus ambiguis absolutum non debet esse iudicium; hoc tu conscientia eligimus committendum. Qua de re, si in sacro ordine constitutus eius te permissione esset re colis maculatum, sacerdotis honore deposito ad ministrandum nullo modo praesumas accedere; siturus in anima tue periculo te misurare, et Deo nostro te sine dubio reddere rationem; si huius sceleris coelatus in eo, quod est ordine, celans veritatem permanere volueris.

Verum eos, qui sacrificium à bonis sacerdotibus
catholicisque offerri voluerunt, audiamus. Canon est Syn-
odi Romane 113. Episcoporum, ita habet : Nullus
Missam audiat presbyteri, quem scit concubinam indubitan-
ter habere aut subintroductam mulierem. Vnde etiam ip-
sanctæ Synodus hoc capitulum sub excommunicatione statuit
dicens: Quicumque sacerdotum aut diaconorum, &c. Quo-
nobis veteris disciplina, si non vsum, saltem tunc
rem reduct?

Quod tamen non prohibetur, quasi vera sacrificia, veraque sacramenta non sint, sed vt corrigantur impii facer dotes, ita Augustinus tract. 5. super Ioan- nem 1. q. 1. cap. 30. Si iustus fuerit minister, computo eum cum Paulo, qui gloriam suam non querit, dicens: Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit. Qui vero fuerit superbus minister, cum diabolo computatur. Sed non cōtaminatur donum Christi quia per illum purus flumen trā- sit & venit ad fertilem terram. Scio quia lapis ex aqua fructum ferre non potest; & si per lapideos canales transiit aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generatur; sed tamen hortus plurimum fructum offert. Spiritualis enim virtus sacramenti vt lux pura ab illuminandis excipitur; sed per immundos transiens non conquinatur.

Cum

vitæ im-
puri sacer-
dotes.

Clericus
adulter toto
vite tempo-
re in mona-
stio de-
trudatur.

Clericus
fornicator
Ecclesiam
ingredi non
debet.

Concubi-
nus fructu
beneficiorum
privatur.

Non puni-
endi sunt.

Cum igitur causa legis etiamnum perseveret, non est dubium etiam legis obligationem manere. Cur enim ciues, nobiles, agricolæ, si parochum habeant concubinarium, non potius se conferant ad eos, à quibus sine scandalo sacrificia peraguntur? Cum in ipso sacrificio, audienti occurrat, mortali crimine, multiplici crimine a sacrificante Deum offendi?

Quid igitur Clericis illis qui sacrificium calce abiciunt? Definiuit id olim Synod. tertia Aurelian. cap. 7. ut est dist. 81. cap. 10. Si quis clericus adulterasse aut confessus, aut conuictus fuerit, depositus ab officio, communionem concessa, in monasterio toto vite sue tempore deturatur. Merito in latebras retrudatur, qui in candlelabro positus, non luxit, sed offensionum tenebras Ecclesiæ offudit.

Et eadem distinct. cap. 11. 13. 14. 16. 17. iubentur deponi. Imo Gregorius septimus Ecclesiam ingredi vetat. distinct. 81. cap. 15. Si qui sunt presbyteri, diaconi vel subdiaconi, qui in crimine fornicationis taceant, interdici- mus eis ex parte Dei omnipotentis & sancti Petri auctori- tate, ecclesia introitum, usque diem penitentiam & emendent. Si qui vero in suo peccato perseverare maluerint, nullus ve- strum officium eorum audire presumat: quia benedictio eo- rum veritatem in maledictionem, & oratio in peccatum ce- sante Domino per Prophetam: Maledicam inquit benedi- ctionibus vestris. Qui vero huic saluberrimo precepto obedire noluerit, idololatria peccatum incurrit, Samuele testante, & B. Gregorio adstrictum: Peccatum ariolandi est non obe- dire, & quasi scelus idololatria non acquiescere. Peccatum igitur paganitatis incurrit, quisquis dum Christianum se asserit sedi apostolica obedire contemnit.

Colloquium etiam & suspicio vetatur dist. 81. cap. 26. & 27. Mansit eadem Ecclesiæ sententia etiam a uorum temporibus; nam in concilio Lateranen- si sub Leone decimo ita statutum est. cap. 1. est in sept. l. 5. t. 16.

Statuimus quod quicumque clericus cuiuscunque conditio- nis, status, religionis, dignitatis, etiam si pontificalis vel al- terius præminentie fuerit, qui post habitam presentium no- titiam, quam habere præsumitur post duos menses post ea- rundem presentium publicationem in ecclesiis cathedralibus factam, quam ipsi diocesani omnino sacre teneantur, post- quam presentes ad eorum notitiam pervenerint, publicus con- cubinarius a perceptione fructuum omnium beneficiorum suo- rum trium mensium spatio sit ipso facto suspensus, quos suos superior in fabricam vel aliam evidentem ecclesiarum utili- tatem, ex quibus ipse fructus percipiuntur, converterat: nec non huiusmodi publicum concubinarium, ut primum talem esse nouerit, mox suis superior mouere teneatur, ut infra bre- uissimum terminum concubinam dimittat, & si illam non dimiserit, vel dimissam seu aliam publice resumpserit, tu- bemus ut ipsum omnibus suis beneficiis omnino priuet. Et nihilominus ipse publici concubinarium usque quo cum eis per- suos superiores post ipsarum concubinarum dimissionem ma- nifestamque vite emendationem fuerit dispensatum, ad sus- ceptionem quorumcunque honorum, dignitatum, benefi- ciorum, officiorumque sine inhabiles: qui si post dispensatio- nem residuo vomitu ad huiusmodi publicum concubinatum

rederint, sine spe alicuius dispensationis ad prædicta pror- sus inhabiles existant: quodque si hi ad quos talium corre- ctio pertinet, eos, ut prædictum est, punire neglexerint, eo- rum superiores tam in ipsos de neglectu, quam illos pro con- cubinatu modis omnibus digna punitione animaduertant: in Conciliis etiam provincialibus, & synodalibus aduersus ta- les punire negligentes, vel de hoc crimine diffamatos, etiam per suspensionem à collatione beneficiorum vel alia condigna poena severiter procedatur: & si ii quorum destitutio ad nos & sedem prædictam spectat per Concilia provincialia, aut superiores propter concubinatum publicum reperiantur pri- uatione digni, statim cum processu inquisitionis ad nos de- ferantur, eadem diligentia & inquisitio in quibuscunque generalibus capitulis, etiam provincialibus quoad eos serue-

tur, penes alios contra prædictos, & alios publicos concubi- narios iure statutis, in suo robore permansurus. Publici au- tem intelligendi sunt non solum ii, quorum concubinatus per sententiam, aut confessionem in iure factam, seu per rei euidentiam, qua nulla possit tergiversatione celari, notorium est, sed etiam qui mulierem de incontinentia suspectam & diffamaram tenent & per suum superiorem admoniti ipsam cum effectu non dimittunt. Quia vero in quibusdam regio- nibus nonnulli iurisdictionem ecclesiasticam habentes, pecu- narios quasus à concubinariis percipere non erubescunt, pa- tientes eos in tali feditate sordescere, sub poena maledictio- nis eterna præcipimus, ne deinceps sub pacto, compositione, aut spe alterius quasus talia quouis modo tolerant, aut dis- simulent, alioquin ultra præmissam negligentiam poenam du- plum eius quod propterea acceperint, restituere, & ad pios usus omnino convertere teneantur, & compellantur. Ipsas autem concubinas, aut suspectas Prælati omnibus modis curent à suis subditis per auxilium, & brachii secularis inuocationem, si opus fuerit, penitus arcere, qui etiam filios ex tali concubinato procreatos apud patres suos cohabitare non permittant. Tube- mus insuper quod in prædictis Synodis, & capitulis præmissa publicentur, & ut quilibet suos subditos ad ipsarum concubi- narum dimissionem moneant, diligenter inuigilamus. Præ- terea omnibus secularibus viris, etiam si regali præfulgeant di- gnitate, ne vllum qualecunque inferant impedimentum, quo- cunque quasito colore Prælati, qui ratione officii sui aduersus subditos suos pro huiusmodi concubinato, & aliis casibus sibi à iure permixtis procedunt. Et cum omne fornicationis cri- men lege diuina prohibitum sit, & sub poena peccati mor- talis necessario euitandum, monemus omnes laicos tam vxor- atos quam solutos, ut similiter à concubinato abstineant: nimis enim reprehensibilis est qui vxorem habet, & aliam vxorem, seu mulierem accedit: qui vero solutus est, si con- tinere nolit, iuxta Apostoli consilium vxorem ducat: pro huiusmodi autem diuini obseruantia præcepti, hi ad quos pertinet tam salutaribus monitis, quam aliis canonicis reme- diis omni studio laborent. Roma 14. Calend. Ian. 1516.

§. 8. Item Concil. Trident. sess. 25. cap. 4. de reform. Quam turpe, ac clericorum nomine, qui se diuino cultui addixerunt, sit indignum in impudencia sordibus immun- doque concubinato versari, satis res ipsa communi fidelium omnium offensione, summoque clericali militia dedecore, testatur. Ut igitur ad eam, quam decet continentiam ac vi- ta integritatem ministri ecclesiæ reuocentur, populusque hinc eos magis discat reuereri, quo illos vita honestiores cognoue- rit: prohibet sancta Synodus quibuscunque clericis, ne con- cubinas, aut alias mulieres de quibus possit haberi suspicio, in domo vel extra detinere aut cum eis ullam consuetudinem ha- bere audeant: alioquin poenis à sacris canonibus, vel statu- tis Ecclesiarum impostis puniantur. Quod si à superiori- bus moniti, ab eis se non abstinerint, tertia parte fructuum, obuentuum ac prouentuum beneficiorum suorum quorum- cunque, & pensionum ipso facto sint priuati: que fabrica ecclesiæ, aut alteri pio loco, arbitrio Episcopi, applicetur. Sin vero in delicto eodem cum eadem vel alia femina perseveran- tes, secunda monitioni adhuc non paruerint, non tantum fru- ctus omnes, ac prouentus suorum beneficiorum & pensiones eo ipso amittant, qui prædictis locis applicentur, sed etiam à be- neficiorum ipsorum administratione, quoad Ordinarius, etiam vii sedis apostolica delegatus arbitrabitur, suspendantur: & si ita suspensi nihilominus eas non expellant, aut cum eis etiam versentur, tunc beneficiis, portionibus, ac officiis & pensioni- bus quibuscunque ecclesiasticis perpetuo priuentur, atque inha- biles ac indigni quibuscunque, honoribus, dignitatibus, beneficiis ac officiis in posterum reddantur, donec post manifestam vitam emendationem, ab eorum superioribus cum eis ex causa visum fuerit dispensandum. Sed si, postquam eas senel dimiserint, in- termissum consortium repetere, aut alias huiusmodi scandalo- sas mulieres sibi adiungere ausi fuerint, præter prædictas poenas, Episcopi excommunicationis gladio plectantur. Nec quæuis appellatio aut exemptio prædictæ executionem impediatur, aut suspensat: supra- dictorumque omnium cognitio, non ad Archidiaconos, nec Decanos rigan-

Publicus cō-
fessus cui
adeest mulier
suspecta.

Nō sola pe-
cunia mul-
tandi.

Seculares
adiuuare
debent re-
formatio-
nem.

Clerum in-
samat im-
pudicitia.

Episcopi
clericos sine
strepitu cor-
dictorum, omni cognitio, non ad Archidiaconos, nec Decanos rigan-

aut alios inferiores, sed ad Episcopos ipsos pertineat: qui sine strepitu & figura iudicii, & sola facti veritate inspecta, procedere possint. Clerici vero beneficia ecclesiastica aut pensiones non habentes iuxta delicti & contumacia perseverantiam, & qualitatem ab ipso Episcopo carceris poena, suspensione ab ordine ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, aliisque modis, iuxta sacros canones puniuntur. Episcopi quoque, quod absit, si ab huiusmodi crimine non abstinerint; & à synodo provinciali admoniti, se non emendauerint; ipso facto sint suspensi: & si perseverent, etiam ad sanctissimum Romanum pontificem ab eadem Synodo deferantur, qui pro qualitate culpæ etiam per priuationem, si opus erit, in eos animaduertat.

Episcopi
quoque pu-
niendi.

Culpa infe-
riorum su-
perioribus
imputatur.

Nec mirum nec nouum subditorum culpas luere superiores; nam reuera illis imputantur, dist. 86. cap. 1. Inferiorum culpa ordinum, ad nullos magis referenda sunt, quam ad desides, negligentesque rectores: qui multam saepe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam. Si medicus præuaticatur, dum contagiosam luem crudeli misericordia in exitium languentis excrecere sinit, quantum peccatum est prælati, animarum excidia ociose spectantis?

Quæ omnia eo pertinent, vt pure, caste, integre, à sanctis sacerdotibus sacrificia offerantur; neque propter eum contemptum Ecclesiæ & respublicæ in discrimen veniat.

Externus
cerimoniarum
decor
magni fa-
ciendus.

§. 9. Neque etiam parum nobis curæ esse oportet, vt externa cerimoniarum, templorum, sacræ supellectilis maiestas ea sit, quæ animos à terrenis cogitationibus auocatos, ad cœlestium contemplationem quasi manuducat, & diuinum numen deceat. Hæc igitur in Republica bene constituta fieri consentaneum est.

Quotidia-
na sacrificia
in Ecclesia
celebrantur.

Quotidiana sacrificia esse oportet, ne minus grata sit Christo Ecclesiæ Christiana, quam fuerat Hebræa. In ea namque præter sacrificia matutina, & vespertina igne perpetuo calebant ara.

Sacrificia à
ieiuniis par-
ticipantur.

Deinde lege insuper cautum est, & quidem vetustissima, vt à ieiuniis mysteria celebrentur & sumantur, quamuis cœnatis Christus ipse dederit. Ita enim ab Apostolicis temporibus sanctum, postquam nonnulli esurientes, alii ebrii ad mensam domini accedebant.

Minister
adstet sa-
crificanti.

Mysteria celebrans coadiutorem, ministrumque habeat. Hoc canones ob varios casus, qui incidunt se statuere profitentur.

Calices, ceteraque instrumenta & vestes decentes sint, & mysteriorum indices, ornatusque ille, qui modestam magnificentiam præ se ferat. Neque enim sordidam decet esse templi supellectilem, cum in mensis splendere soleat.

Ornatus,
& decor do-
mus domi-
ni.

Si autem cœmeteria sepelienda esse, ne animalium accursu loca in quibus Christiani requiescunt, inquietentur, (vide T. 4. conc. p. 2. f. 437. & conc. 4. med. §. De ornatu, decore, ac nitore sacrorum locorum, si inquam tantus nitor ac ornatus requiritur, quanto magis animorum puritas, sine qua parietum fulgor, Deo gratus esse non potest?

De externo ornatu ita statutum in concil. 4. Mediol. Ne animalia, pisces grandiores, eorumque membra Ecclesiis appendantur: nisi quæ voti, aut piæ significationis causa Episcopus permittenda censuerit. Consecrata altarium mensa tota, licet aliqua ex parte lateritia sint, tela cerata ita contegantur, vt facile à mensa tela non possit amoueri.

Cum Ecclesiæ fores patent; tunc altaria singula, & mappis tribus mundis, vna oblonga, quæ ad imam eorum partem pertingat, duabusque reliquis brevioribus vestita sint: ita vt gradus etiam ille ligneus, super altari à tergo collocatus, ab indumento nudus non sit, sed mappa munda totus sternatur; & pallio item coloris, quoad eius fieri potest, pro festi diei, feriæ ratione decenter eadem ornata, ac tela viridi, ne mappa puluere, aliæque sordibus inquinetur, confrata,

& præterea cruce in medio collocata, & candelabris duobus, vno scilicet ab dextera, altero ab sinistra parte posito instructa, atque ornata semper sint. Idque quotidie in Ecclesiis, quæ frequentantur, in cæteris vero Ecclesiis, festis saltem diebus.

Tabella secretorum in vno quoque altari sit item, ea tamen ratione, vt peracta Missa, non erecta sit, sed depressa sub tela, mappaue recondatur.

Quibus in Ecclesiis, feria quinta Hebdomadæ sanctæ, sepulchrum ornatur, aut constituitur, vbi corpus Christi Domini asseruatur, cum illud gloriosum fore, Isaias prædixerit, sicut pretioso ornatu decorari debet; ita in iis cauendum est, ne prophanus, & parum decens sit ornamentorum apparatus. Ne igitur cubiculis stragula, cortina, conopea, seu tentoria, ad vsum prophanum adhibita, ad illud circumuertiendum, atque exornandum vsui sint: nisi Ecclesiæ oblata, eius iam propria facta, & sacro vsui dicata sint.

Idem sancitur de vestibus, & ornamentis, quibus sacræ sanctorum, sanctarumque imagines induuntur.

Ne Ecclesiæ, oratoriae, situ, puluere, aut alio squalore obforescant.

Vbi præterea inter altare maius, & parietem, qui à posteriori eius parte est, locus non multi spatij datur, relinquatur, quamuis exiguus, qui chorum non capiat, is etiam locus, ab omni situ, squalore, ac sorde purus, mundusque conseruetur.

Ne in Ecclesiæ, vbi pro foribus eius, neue in oratoriis, alioque sacro loco colligenda elemosyna causa, ne ipsius quidem Ecclesiæ, aut eius fabricæ, rectorisue nomine, capsula, vasculum, mensa, aliudue eius generis, etiam extraordinarie, collocetur: aut iam collatum in posterum permittatur, nisi Episcopi concessu, literis exarato: tuncque ei capsula, vel res aliæ ad id paratæ, duæ clauis apponantur, diuerso fabrilis opere fabricatæ: quarum altera teneatur ab eo, quem Episcopus nominarit: altera ab iis, quorum nomine elemosyna colligetur. Si contra fiet, poena sit arbitratu Episcopi; tum elemosyna collecta locis piis, addicatur item illius arbitrio.

Si quæ capsula Episcopi concessu in Ecclesiâ constituantur, aut collocabuntur, in quas à fidelibus, vt plerisque in locis pietatis studio sit, vel frumentum, vel legumina, vel aliæ quauis elemosyna nomine coniciantur: ea ne intra capella, altarisue, quo fidelium eiusmodi res offerentium, concursum sit, cancellos, aut clathra ferrea ita ponantur, vt ipsis fidelibus, elemosynas collatis, necesse sit cancellos ingredi.

Vt & Ecclesiarum nitore consulatur, & strepitibus, ac rixis, quæ ex sedium muliebrium, quas bradellas vocant, in Ecclesiis collocatarum situ, existere sepe solent, occurratur; vique simul in iis Ecclesiis, quæ præsertim angustæ admodum sunt, populi frequentia spatium minus detur: ea sedes omnes, vbi constitutæ sunt, amoueantur: nec vero imposterum vlla vnquam collocentur: communes autem aliquas, easque humiles, simplici fabrilis opere consecratis, modo, & forma in nostrarum instructionum libro præscripta, collocari, constituig, liceat concessu Episcopi. Eaque sedes communes, aut confratriarum, quæ in Ecclesiis constitutæ sunt, sumptibus, aut pecunia à populo contributa, fieri poterunt, aut alia quauis ratione, quæ Episcopo potior videbitur.

Altaria item sacra tabula, & imagines, ac parietes ipsi perpetuo enteant: tum fenestra non subobscura, sed perlucida sint: pauimentum autem saltem quoque octauo die diligerenter verratur. Hæc omnia præstari cura sit rectoris cuiusvis Ecclesiæ.

Adhibeatur item diligentia, & graui poena multaue agatur, vt & Ecclesiæ, & oratoriis, & cœmeterijs parietes ab vrina, aliisque cuiusvis generis sordibus mundi conseruentur.

Arbores, stirpes, aliæque eiusmodi arbuta ab Ecclesiis, & oratoriis quibusvis remota sint, vt ne radices dilatata parietibus efficiant: aut rami diffusi tecta operiant, vnde detrimentum ipsis tectis existat. Si qui vero rami eiusmodi tectis iam officiant, amputentur omnino.

Vites præterea, hedera, aliæque id generis herba, quæ succrescentes exterioribus ecclesiarum, aut oratoriorum parietibus adherant, prorsus conuellantur.

A rubis

A rubis praterea, & spinis, & aliis id generis, quæ adnasci solent extrinsecus, idem parietes mundi, & à cæmentorum item, lapidumque congestu remoti custodiantur.

Ex cæmentis porro vites, arbores frugiferae, & aliæ etiam infrugifera cuiusvis generis, aut arbutia, stirpesque omnino conuellantur, atque excidantur.

Neue in posterum in his sacris locis quicquam conferatur, nec vero seratur.

Nec semum ex his succidatur, neue herba item virescens, quæ bestis pabulo sit, vel detur.

Neue in earum fines res vlla abijciatur, cuius grauis, reterue odor sit, aut aliud quicquam sacris iis locis inhoneste fiat.

Stabula etiam armentorum, & cuiusvis generis animalium inde procul sint.

In iisdem ne lignorum strues fiat: ne tigna congerantur, ne cæmentorum, lapidumue acervus sit: nec deniq, quicquam loci illius decori, nitore, ac religioni, sanctitatis repugnans.

De prophano vñ à sacris locis tollendo.

Ne adium, agrorum, rerumque aliarum cuiusmodi, quæ vel locanda, vel vendenda, proponi, aut prescribi publice solent, neue omnino rei cuiusquam prophane schedula, scripturae vllæ ecclesiarum, oratorumque, aut cæmentorum foribus, valuis, parietibusq, aut in quouis sacro loco in posterum affigantur.

Ne item res venales in ecclesiis, & oratoriorum, cæmentorumque parietibus appendantur, neque intra loci spatium, quod aqua sacra aspergitur, cum Ecclesie consecratio sit: aut intra stillicidij fines, aliudue loci maius intervallum, Episcopi iudicio prescribendum.

Neue item officina, tabernacule quouis materia genere, etiam tabulis, asseribusq, confecta, vel ipsi parietibus inherentes, vel in cæmentis, sacrisue locis, aut omnino intra illius spacij, aut intervalli fines, vllò modo constituantur, aut collocentur. Quæ vero iam constructa, collocatae sunt, inde quam primum penitus amoveantur.

Ne Ecclesia, aut capella, aut etiam oratorii, in quo Missæ sacrificium aliquando peragitur, recta palearum acervus, neue aliqua lignorum strue oneretur: ne item à parte superiori, vel cubiculum, vel cubiculum, vel omnino locum habeant, ubi aut dormiatur, aut habitetur, aut quicquam prophani fiat. Quæ vero loca iam eiusmodi sunt, omnino amoveantur.

Ne frumentum, milium, hordeum, vllumue triticum, aut leguminum genus, ne poma item, ne instrumenta, ad prediorum rusticorum vsum comparata, ne cuiusvis generis supellectilem prophanam, vt ab Innocentio tertio Pontifice in Concilio Lateranensi sancitum est, ne denique quicquam à domo Dei alienum in Ecclesia, etiam non consecrata, aut in oratorio, aut in cæmentis recondi, aut asseruari ab vllò quouis homine liceat. Veticumque praterea sit, nisi cum interdum aliter Episcopus faciendum censuerit, clauem illius Ecclesie, aut oratorii, etiam diocesani, ruralisue, laicis hominibus, praesertim vero colonis, vel conducticibus eiusdem Ecclesie adiun, vel prediorum, committi, aut ab illis custodiri, seruariue. Ne campanæ in eis consententur, neue aliquid ferrummetur: neue fabrilis quicquam, aut aliud huius generis fiat, nisi quæ ad eiusdem ecclesie, aut oratorii vsum, ornatumue, alibi fieri non possint.

Ne in cæmentis frumentum, quasi in area ventiletur; ne tritura fiat: ne palea, frumenta, fruges, expandantur: nec vero tela, pannique linei, lictio, aquaue madefacti, soli ibidem exponantur: neque in eo femine, mareque colo quicquam neant, neue suant, aut aliud praterea opus faciant, eorum sacrorum locorum rationi alienum. Ecclesia offia, cæmentia item, aut rectori, aut etiam aliis vsui ne sint, res prophanas, oneraue a sportantibus, hacque & illac per Ecclesiam, sacrag, loca, quasi per viam publicam transiuntibus, cui rei plane vt occurratur, cautionem omnem Episcopus adhibeat.

Ne grammaticæ, humanarumque literarum rudimenta, quæ sepe manibus gentiliū fabellis tradantur, aut alia omnino litera, præter sacras in ecclesia, tanquam in ludo literario, pueris aperte, exponantur; sed rudimenta soli doctrina Christiana, & cætera, quæ in illis scholis pueris tradit consueverunt.

Si quo tamen in loco ex causis, hoc concilio probatis, parochis permissum erit alia docere, non veramus; si domus paro-

chialis angustia necessaria postulet, hoc officium ab eo praestari serialibus diebus in Ecclesia permissu eiusdem Episcopi.

Quæ permissionis facultas scripto detur; tum praterea locus certus, ac, quam longe fieri poterit, ab omni, praesertim maiori, altari remotus, ad id muneris deligatur: Extra cuius loci fines pueri ne vagentur; nec vero ob eam causam in Ecclesia morentur, nisi cum parochus, qui eos in disciplinam suscepit, praesens adest.

Hæc ad exemplum ob memoriam sanctissimi Episcopi Caroli Borromei ponere visum fuit, vt ceteri Episcopi quod imitentur, habeant.

CAPVT V.

De primario sacerdotis Christiani officio, & veritate SS Eucharistie.

§.1. **N**ON possum tacitus etiam hoc loco praetere, quod Pseudopoliticorum subnationibus, sectariorum execrationibus impetitur, quod profanis ludibrium est, scandalumque, nobis vero credentibus salutare mysterium SS Eucharistie sacramentum, de quo alias quoque actum à me, sed nunc reposcit, & sacerdotum dignitas, & errantium multitudo.

Infelicissimum hoc esse dissidium, quodque maxime populos in mutuos irrisus & odia concitat, nemo non fatetur. Anno 1603, hæc de re libros quinque Pareus conscripsit, quo ostendit miserrimum Europæ statum, si vel sola illa controuersia spectetur. Quin ipse monitionem ad omnes in praefatione ad-

Vnica controuersia sat est ad bellum.

scribit, quæ quia statum, ingeniaque Sectariorum nobis graphice ab experientia depingit, magna utilitate legetur. Ita vero habet. Quo vsque tandem, O fratres, vos humane vexabit liuor & contentio? Quam diu pergetis contempta Christi pace bellum religionis gerere minime religiosum? Quem ad finem Scentorum aliquorum sese iactabit audacia? qui sine conscientia & numinis metu, Ecclesias vestras perturbant? Inter vos auditur: Ego sum Lutheri: Tu es Caluini: & dicere: Ego sum Christi: nihil apud vos est. O tempora, o mores! an Lutherus pro vobis mortuus est? An quis vestrum in Caluini nomen baptizatus est? An Christus pro omnibus vobis crucifixus nihil est? Et quis fuit Lutherus? quis Caluinus? nempeministri per quos credidistis: idque vt cuique Dominus dedit. Nonne igitur carnales estis, & secundum hominem inceditis? Quid Deo pacis respondebitis, qui Ecclesiam eius contentionebus vastatis? Quid Christo Domino, cuius præceptum de caritate contemnitis? Cuius ergo filii eritis, si Dei non estis? At quomodo Dei filii estis, si pacifici non estis? Quomodo Christum magistrum profitemini, si nemo discipulos eius vos recognoscit? Quis vero vos discipulos Christi recognoscet, si alii alios non diligitis? Nonne tandem vos miseret tot fratrum, pro quibus Christus mortuus est, quos vos altercationibus vestris, quantum in vobis est, perditis? Quin vestri tandem vos miseret, quorum in pace salus, in contentione perniciēs certa parata est. Si enim vno corde & ore inuocabitis Deum patrem in terris, vtique filiorum hereditas vna vobis proposita erit in caelis. Sin alii alios mordere pergetis & deuorare: quid Caluiniani restat, nisi vt alii ab aliis consumamini? Nonne videris, quid consumunt Satan iam pridem contra Christum machinetur? quid Anti-Lutheri Romanus molitur? vt cum tyrannis conspiret? vt per Sinones suos conscientias hominum captiuas abducatur? vt vobis simul insidietur, & exitum pareat? An vno putatis clementiorem fore quam alteris, si machinationes aliquando Caluinistæ successerint? Quidni autem successerint tandem, numine insidiantur vobis irato, & singulis non ad ea quæ Dei, & quæ pacis Lutheranis, sunt, sed tantum ad ea, quæ sua sunt, quæque dicat splendida & nobis inter-

Ingenia sectariorum inquieta.

Amor hereticarum abducit à Christo.

bilis, attendentibus, & in studia contraria hostiliter ruerint accubus? Quid perdidit orientem? nonne dissensiones intestinae? sant. nonne dissidium Occidentis? Quin ergo his omnis & procul

valere